1515º a. 9. Junij —

78

Petrus Thomicki Episcop: Premislia.
Joanni de Lasko Archiepiscopo Gnesnen

Rnde in Christo Pater et
Dne Dne Colendissime —

Sacra Regia mdas, quò majorem suam erga Sanctam Sedem Apostolicam Devotionem ostenderet, Dedit negotium Latori presen=tium, qui apud Rndmum Dominum Stri=gonien. auditorem egit, quæ hic pro uni=tate cum Cæsare, et rei Christianæ commo=do, per suam mdem acta sunt, Sutmo Do=mino nostro referendi. Quod etsi nonnisi presente Vestra Rndma Dominatione fieri demandaverit, ego tum, ne quid aliorum ei esset incognitum, capita et leges sponsa=liorum, federumque iis annectere volui, quæ sicut antea Vestræ Rndmæ Dominationi significavi, simul tractata, transactaq; sunt. Neque enim mdas Serenmi Regis Hun=gariæ, suos cum Cæsare tractatus, à Sere=nmi Domini nostri rationibus disjungere ullo pacto voluit, ægrè ferunt seculares Re=

seculares Regni Hungariæ Senatores hæc con=
=nubia contrahi, nec parum eam ob rem dis=
=sentiunt à Pontificibus, qui et matrimoni=
=is favent, et desideriis Domini nostri Sere=
=nissimi suffragantur, constanter. Est tamen
jam omnibus ob Cæsaris cunctationem, supi=
=namque tarditatem, tam diuturna expe=
=ctatio permolesta. Regia inde hic agente
Divini numinis Clementiâ, in Moscos res
bene gesta est. Nam Imperator Precopensis
quod antea nunquam præstiterat, in gratiam
Serenissimi Domini nostri, validissimo Exer=
=citu Terram hostilem, longe, lateque ferro
et igne populatus, nonnisi Quatuordecim
a Moskua Oppido, milliaribus, suis omnibus
salvis, pedem retulit, ferturque, gemino jam
incursu, ad 9. hominum millia abduxisse;
Quâ nostri, qui ad finium præsidium erant
relicti, occasione arreptâ, sub idem tempus
Jamsiô Duce, militibus quos obvios habu=
=erant, partim cæsis, partim ad arcem usque
fugatis, Wielkieluki, Thorlopice, et aliis ple=
=risque Oppidis, minus insignibus incensis
et incredibili mortalium numerô trucidatô,
ac ingenti prædâ partâ, ad unum incolumes

in paccatu

in paccatum redire. Iterum Dominus Ia=
=nussius Universum Stipendiariorum Equita=
=tum Peditatumque, ac omnem Lithuanam
militiam, et ab altera parte Thartaros, in
procinctu esse, jam pridem significavit. Quae
/: quod Serenissimo Domino nostro, et Rei=
=publicae Catholicae bene vertat :/ ad hanc di=
=em in hostico esse credimus, laetissima
omnia expectantes. Quae Domino concedente,
simulque ea quae hic agentur, ad Vestram
Reverendissimam Dominationem, diligentissime
perscribere non negligam. Cui me etiam
atque etiam commendo, et quam valere
foelicissime desidero – Datum Posonij Die
Nona mensis Junij Anno Domini
Millesimo, Quingentesimo, Deci=
=mo Quinto –

D D